

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica**

**Huet, Pierre Daniel**

**Parisiis, 1679**

II. Vtrum solum Deuteronomium, an universum Pentateuchum in Templo  
Helcias Pontifex repererit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-16260**

PROPOSITIO IV.

40

nihil aliud fuisse legitur quam Tabulas lapideas, quas in ea Moses recondiderat ad montem Horeb. Et cum Amalias narratur interfictis patris sui percussoribus, à filiis eorum manum abstinuisse; morem gerens praecepto Mosis, quo patres luere noxas filiorum, vel filios patrum sancitur. Adde isthac secundo capite tertii Regum: *Observa custodias Domini Dei tui, ut ambules in viis ejus, ut custodias ceremonias ejus, & praecepta ejus, & iudicia, & testimonia, sicut scriptum est in Lege Moysi, ut intelligas universa quae facis: & haec quoque è vicelimo primo capite quarti Regum: Si custodierint universam Legem, quam mandavit eis servus meus Moysi: tum & illa e vicelimo tertio capite libri ejusdem: Similis non fuit ante eum Rex, qui reverteretur ad Dominum in omnibus cordis suo, & in tota anima sua, & in universa virtute sua, juxta omnem Legem Moysi.*

4. Reg. 14. 6. Paria his extant in Paralipomenis. Tale hoc è decimo sexto capite libri prioris: *Juxta omnia quae scripta sunt in Lege Domini, quam precepit Israëli: & hoc quoque è decimo septimo capite posterioris: Docebantque populum in Iuda, habentes librum Legis Domini: atque id etiam è vicelimo tertio capite sequente: Ut offerrent holocausta Domino, sicut scriptum est in Lege Moysi: tum & illud è vicelimo quinto capite sequente: Cumque robaturum sibi videtur imperium, jugularvit servos qui occiderant Regem patrem suum, sed filios eorum non interfecit, sicut scriptum est in Lege Moysi: Non occidentur patres pro filiis, neque filii pro patribus, sed unusquisque in peccato suo morietur. Atqui hæc conceptus verbis extant in Deuteronomio. Plurima apud Esdram, qui fuit scriba velox in Lege Moysi, Mosaicæ Legis mentio. Sic tertio capite: *Et surrexit Iosue filius Iosèph, & fratres ejus, & edificaverunt altare Dei Israëli, ut offerrent in eo holocausta, sicut scriptum est in libro Moysi viri Dei: sic sexto: Et statuerunt Sacerdotes in ordinibus suis, & Levitas in vicibus suis, super opera Dei in Ierusalem, sicut scriptum est in libro Moysi. Crebro etiam in libro Nehemia commemoratur Lex Mosis. Sic capite nono: Et legunt in volumine Legis Domini Dei sibi quater in die: & capite sequenti: Ut ambularent in Lege Dei, quam dederat in manu Moysi servi Dei: & paulo post bis in testimonium eadem Lex adducitur: in decimo tertio quoque capite: In die autem illo lectum est in volumine Moysi, audiente populo: & inventum est scriptum in eo, quod non debeant introire Ammonites & Moabites in Ecclesiastem Dei usque in eternum. Quæ itidem ut alia in libris Mosis scripta leguntur. Præcipuum vero illud est, quod extat a. Esdr. 9. 3. & in codem libro Nehemia, Esdram Mosaicæ Legis volumen prælegisse universa Israëlitarum genti, & interpretationibus explanasse. Jam vero liber Psalmorum, quorum Moseum auctorem habent nonnulli, quid aliud est quam frequens Mosaicorum mandatorum iteratio? Psalmi præcipue, septuagesimus septimus, centesimus quartus, centesimus quintus, & centesimus tricesimus quintus, totam Pentateuchi historiam ab initio repetunt. Testimonios Mosaicæ Legis aliquotus utuntur Prophetae, Baruchus, & Daniel. Dan. 9. 11. Meminit uterque dirarum, quibus impii devoventur in Lege Mosis. Sic præterea Baruchus secundo capite: *Sicut locutus es in manu pueri tui Moysi, in die qua præcepisti ei leg. 18. 15. & seq. 29. & 30. scribere Legem tuam: & Daniel decimo tertio: Erudierunt filiam suam secundum Legem Moysi. Infigne & illud Malaichæ: Memento Legis Moysi servi mei, quam mandavi ei in Horeb ad omnem Israëlem, præcepta, & iudicia. Tobia confanguineo suo Saram despondere se ait Raguel, ut conjungeretur cognationi sue, secundum Legem Moysi. Jesus Siraci. Tob. 7. 14. Eccl. 45. 6. & des eximio Moseum ornat elogio, creatumque esse ait Israëlitici populi legumlatorem: 24. 33. quod apud eum non semel legere licet. Plurima denique in Machabaicis libris Mosaicæ operis commemoratio: velut in septimo capite libri secundi: Non obedio præcepto Regis, sed præcepto Legis, que data est nobis per Moysen: quo capite & Cantici Mosis fit mentio, ex eoque testimonium quoddam profertur.***

*Vtrum solum Deuteronomium, an universum Pentateuchum in Templo Helcia Pontifex repererit.*

4. Reg. 11. 8. 21. 2. Par. 14. 14. & seq. Joleph. Ant. 1. 10. cap. 5. Ath. Epist. ad Marc. Chrysost. Homil. 9. in Matth. 1. & Rom. 7. 26.

II. Notabile vero imprimis illud est, quod habent Libri Regum, & Paralipomena, Helciam Pontificem, cum farta tecta Templi curaret, librum Legis, ipsa Mosis manu scriptum, ut indicare videntur Paralipomena, & Interpretes plerique volunt, in domo Domini reperiisse: quem ad se misum cum Josias legisset, ejusdem iussu, universo populo audiende fuisse recitatum. Id ad omnes Mosis libros referendum manifesto censem Josephus, quod ad unicum Deuteronomium pertinere arbitrati sunt, Athanasius, Chrysostomus, & recentiores plerique: propterea, opinor, quod librum eumdem ab Helcia repertum fuisse crediderunt, quem manu sua defcriptum ad latus Arca federis locari iussiferat Mosis, ut narratur Deuteronomii ipsius tricesimo primo capite; hunc autem, non totam Legem, sed Deuteronomium solum fuisse complesum, multorum opinio est: & quod decimo septimo capite scriptum legitur de futuro Israëlitarum Rege: Postquam federis in solo regni sui, describet sibi Deuteronomium Legis hujus in volumine, accipiens exemplar à Sacerdotibus Levitica tribus, & habebit secum, legisque illud omnibus diebus vite sue, ut discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba, & ceremonias ejus, que in Lege præcepta sunt. Huc accedit quod libri Jofue capite octavo,

## PROPOSITIO IV.

41

octavo, cum aram Domino exstruit Josue in monte Hebal, factum hoc legitur, *sicut* in 1. Cor. 2.  
*scriptum est in volumine Legis Moysi*; cum id Deuteronomii vicesimo septimo capite, 24, 16,  
nec alio præterea Pentateuchi loco reperiatur: & quod decimo quarto capite libri Deut. 31, 9, 11,  
quarti Regum testimonium recitat ex libro Legis Moysis, quod Deuteronomii vicesi- 19.  
mo quarto capite, nec alibi uspiam in Lege habetur: & quod in libro Nehemias ar- Jof. 8, 31.  
ceri jubent ab Ecclesia Dei Moabitæ, & Ammonitæ, prout lectum fuerat *in volu-*  
*mine Moysi*, quod non alibi quam Deuteronomii capite vicesimo tertio occurrit: & Deut. 27, 5, &  
quod *p̄t̄us* aliquot è Lege Mosis depronuntur à Barucho, & Daniele, quas extra Reg. 14, 6.  
Deuteronomium frusta requiras. Ex jam à me superius allata sunt. Verum & reli- Deut. 24, 16.  
quos præterea Pentateuchi libros *in latere Arcæ* simul fuisse asservatos, & ab Helcia 2. Ebd. 13, 1.  
repertos, neque negat Auctor libri Regum, neque rationibus suis Tostatus conficit, Deut. 23, 3.  
qua sunt ejusmodi, ut facile ex illis appareat positum fuisse in latere Arcæ Deutero- Bar. 1, 20, & 2.  
nomium, non ut priores quatuor illinc fuisse exclusos nos fateri cogat: cum præser- 2, 28.  
tim censeant Judaeorum plerique, non Deuteronomium solum, sed & totam Legem in Dan. 9, 11, 13.  
Arca à Mose fuisse inclusam. Vism id est Isaaco Abrabanieli, & R. Levi ben Gerfon. & 13, 63.  
Plus aliquid legitur in Debarim rabba, nempe Mose in morte tredecim exemplaria Legis descripsisse, quorum duodecim in usum cederent duodecim tribuum, & Reg. 14, 6.  
unum vero in Arca servaretur, ex quo reliqua emendari possent, si que forte iis labes inolevisset. Hæc retulit & amplexus est Maimonides, & ad eorum probationem Maimon. Praef.  
utus est ipsis verbis Mosis: *Tollite librum istum, & ponite eum in latere Arcæ fæderis* in Jad Chazac.  
*Dei vestris, ut sit tibi contra te in testimonium*. Hinc etiam occasionem habuisse videtur Deut. 31, 26.  
Epiphanius, aliisque post Epiphanium complures, ut crederent non Legem solum to- Epiphan. De  
tam, sed & libros omnes Canonicos intra Arcam fuisse reconditos, cum inde Apocry- pond, & mens.  
phi secluderentur, quod vanum tamen est ac frivolum: nam in Arca solas fuisse Ta- cap. 4.  
bulas lapideas à Deo scriptas discimus ex libris Regum, & Paralipomenon: Lex au- 3. Reg. 8, 9.  
tem fuit ad latus Arcæ exterius; quo & urna aurea manna plena, & Aaronis virga: 2. Par. 5, 10.  
hoc est, si Jonathanem Paraphraſten Chaldæum audimus, בְּקָרֶב אַתָּה, in caps., ad latus Ebr. 9, 4.  
dextrum Arcæ: vel si Gemaram Thalmudici libri שְׁקָלִים, in גָּלְטָכָם, in γλωσσο- Jonath. in  
νέως, hoc est, scrinio. Cum autem post Templi ædificationem, Tabernaculum, plu- Deut. 31, 26.  
rimaque Tabernaculi vas & supellecitem, in Templi ipsius Gazophylaciis fuisse re- 4. Reg. 22, 8.  
posita verisimile sit, illuc quoque illatam fuisse capsulam, Legis volumini recondendo Chrysostomus, sed in capsula illa reconditum, quæ stante Tabernaculo fue- Chrysost. in  
rat ad latus dextrum Arcæ. Sed de his infra. Liber hoc adjicere Aratum quorum- Matth. 2. Ho-  
dam opinionem, qui tradunt Phinees quinque libros Legis, servatam Mannæ por- mil. 9, & in 1.  
tionem, Tabulas duas, virgam Mosis, & illam Aaronis quæ folia produxerat, in ur- Cor. 2. Hom. 7.  
nam æneam congesisse; tum vas plumbo obturatum clam abdidisse in spelunca, cui Abulfarag.  
deinde inædificatum est Templum Salomonis. Ad testimonia vero illa è Deuteronomio Hilt. Orient.  
depronta quod attiner, sciendum est fuisse Deuteronomium, velut compendiariam priori- Dyn. 2.  
rum Pentateuchi librorum explanationem, & Legis totius breviarium, in familiarem & quotidianum populi Israëlitici usum compositum. Id declarat ipse Moses cum ait initio Deuteronomii: *Cæpit Moyses explanare Legem & dicere: Dominus Deus noster locutus est ad nos in Horeb*. Prioris fæderis iterationem, & quasi novum fecundus fuisse significant Deut. 1, 5.  
illa è vicesimo nono capite Deuteronomii: *Hæc sunt verba fæderis, quod præcepit Do- illa è vicesimo nono capite Deuteronomii: *Hæc sunt verba fæderis, quod præcepit Do-*  
minus Moysi, ut feriret cum filiis Israel in terra Moab, preter illud fædum quod cum eis pe- Deut. 29, 1.  
pigat in Horeb*. Atque hinc porro Liber ille dictus est Deuteronomium, secunda Lex; Deut. 29, 1.  
relata in literas itidem ut prima; quam primam Legem si quis à Mose scriptam ut secunda negare ausit, opprimitur hoc loco Exodi: *Scripsit autem Moyses universos sermones* Exod. 24, 4, 7.  
*Domini*. Et deinde: *Affumensque volumen fæderis, legit audiente populo*. Atque ea sane à Deo ipso fuerat jam ante ex parte descripta: sic enim habetur in Exodo: *Dixit au-* Exod. 24, 12.  
*tem Dominus ad Moysen: Ascende ad me in montem, & esto ibi, daboque tibi Tabulas la-*  
*pideas, & Legem, ac mandata quæ scripsi, ut doceas eos*. At Deuteronomium cum esset Legis, ut dixi, velut Epitome, hinc illud præcipit Moses suspendi pro signo in manibus, inter oculos collocari, postibus domum adscribi, nocturna ac diurna manus verfarī, propter brevitatem nimirum & condiscendi facilitatem. Res itaque illic delibatas tantum, & quasi perstrictas animadvertere licet, quæ jam fuerunt enucleatus descriptæ. Quod autem tritior ejus esset & promptior usus, idcirco testimonia ex eo deponiti solent; cum hominum esset eruditiorum, & acciūtiorem rerum notitiam querentium, tractatio reliquorum Librorum: ex quibus tamen non pauca itidem de-  
promta videoes in recentioribus Scripturæ sacra Libris. Cujusmodi est illud secundi Para-

F

## PROPOSITIO IV.

42

1. Par. 30. 15.  
 16.  
 2. Par. 31. 1.  
 2. Par. 35. 11. 12.

lipomenon: *Immolarerunt autem Phasē quartadecima die mensis secundi. Sacerdotes quoque, atque Levite tandem sanctificati obtulerunt holocausta in domo Domini. Steteruntque in ordine suo juxta dispositionem, & legem Moysi hominis Dei. Et capite sequenti: Pars autem Regis erat, ut de propria ejus substantia offerretur holocaustum mane semper & vespere; Sabbatis quoque, & Calendis, & solennitatibus ceteris, sicut scriptum est in Lega Moysi. Et capite trigesimo quinto: Et immolatum est Phasē, afficeruntque Sacerdotes manu sua sanguinem, & Levite detraxerunt pelles holocaustorum, & separaverunt ea, ut darent per domos, & familias singulorum, & offerrentur Domino, sicut scriptum est in libro Moysi. Et in Nehemia libro, capite decimo, plurima recensentur ex Lega Mosaica: quae sane in Deuteronomio nusquam leguntur. Plura hujusmodi proferre possem, sed hac sufficiunt, & ad reliqua properandum est.*

## CAPUT SECUNDUM.

I. Probatur aliorum Scriptorum testimoniis *vnoctēis librorum Mosis: II. Sanchoniatonis, III. Homeri, & Hesiodi, IV. Pentateuchi Samaritani, V. Thaletis, VI. Solonis, VII. Pythagore, VIII. Anaxagore, IX. Hellanici, X. Charonde, XI. Socratis, XII. Theopompi, & Theodectis, XIII. Platonis, XIV. Egyptiacarum Mercurii Columnarum, qua quid fuerint ostenditur; XV. Arisotelis, XVI. Hecatei, XVII. Endoxi, XVIII. Beroſi, XIX. Abydeni, XX. Demetrii Phalerei, XXI. Septuaginta Interpretum Scripturæ sacre, & Aristei, XXII. Ezekieli, XXIII. Manethonis, XXIV. Philochori, XXV. Arisobuli Judæi, XXVI. Polemonis, XXVII. Eupolemi, XXVIII. Demetrii Judæi, XXIX. Cleodemti, XXX. Theodoti, XXXI. Philonis Senioris, XXXII. Alexandri Polyhistoris, XXXIII. Apollonii Molonis, XXXIV. Caſtoris Rhodii, XXXV. Diodori Siculi, XXXVI. Cherenonis, XXXVII. Trogi Pompeii, & Justini, XXXVIII. Nicolai Damasceni, XXXIX. Ptolomei Mendeti, XL. Strabon, XLI. Apionis, XLII. Philonis, Iosephi, & Justi Tiberiensis, XLIII. Auctorum libri tertii, & quarti Esdræ, & tertii Machabeorum, XLIV. Juvenalis, XLV. Plutarchi, XLVI. Philonis Byblii, XLVII. Galeni, XLVIII. Ptolemai Chenni, XLIX. Taciti, L. Plinii, Apuleii, LI. Luciani, LII. Numenii, LIII. Longini, LIV. Porphyrii, LV. Trebellii Pollionis, LVI. Iamblichii, LVII. Juliani τὸ ἀδελφόν, LVIII. Helladii Befantinoi, LIX. Artapani, LX. Thalli, LXI. Hiftæi, LXII. Lysimachi, LXIII. Poëmatis ρωτῶν Phocylidi adscripti, LXIV. Onkelosi, Jonathanis, Hierosolymitani Interpretis, Hagiographorum Paraphrasis, Syri Interpretis, Aquile, Theodotionis, Symmachi, Hierichuntinae, & Nicopolitana Interpretationis.*

*Probatur  
aliorum Sori-  
ptorum testi-  
monis geno-  
re librorum  
Mosis:*

*Sanchoniato-  
nis,  
Porphyrii, apud  
Euseb. De  
præp. Evang.  
libr. 1. & 10.*

I. EX superioribus, ni fallor, satis luculenter demonstratum est, quam perpetua, jam inde à Mosis avo, & certa Libris ejus constiterit auctoritas: quam si externis jam confirmare liber testimoniis, & aliorum Auctorum asciscere auxilia, qui vel Mosis ipsius, vel Mosiacarum scriptorum aliqua se notitia imbutos fuisse prodiderunt, à proximis Mosis temporibus, ad confirmatum jam in orbe Christianissimum, clarius etiam Propositionis hujus veritas elucescit. Tam alte ergo repetitis disquisitionis hujus initii, per consequentes attates nostra decurrit oratio.

II. Ac ordiem primum à Sanchoniathone Berytio, antiquissimo Phoeniciarum rerum Scriptore, quem Trojanis veruſtiorē fuſſe temporibus, & Mōſe uno alteroꝝ ſæculo recentiorem, ex Phoenicie regum ſucceſſionibus probari ſcribit Porphyrius. Hujus opus e lingua Phoenicum Graece reddidit Philo Byblius, unde nonnulla exoperpit Eusebius, & libris suis De evangelica preparatione intexuit. Atque ea quidem talia fūnt, ut attendenti appareat pleraque ipsum è Mōſis fontibus in lacunas suas derivaſſe. Non est otio noſtri rem accutiori examine ventilare, & ab aliis jam hæc occupata provincia eſt. Id observandum nobis eſt quod tradidit Porphyrius, & eſt